



Dispvtationes Theologicae

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

Martinon, Jean

Burdegalae, 1644

Sect. 1. Vtrum Angeli sint incorporei, & purè spirituales.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](#)

4. Omnes Angelos differre specie inter se: neque fieri posse ut dentur plures Angelii eiusdem speciei, & solo numero diuersi: quia differentia numerica & individualis, sumitur à materia: Angelii autem non sunt compositi ex materia & forma 5. Angelos secundum naturam suam esse incorruptibiles. Quia nihil corruptitur nisi per hoc, quod forma eius à materia separatur. Angelii autem non constat materia & forma. Hæc D. Thomæ quæ sequentib. sectionib. examinabuntur

SECTIO I.

Vtrum Angelii sint incorporei, & pure spiritales?

Probatur
Angeli
esse pure
spiritales,
ex Script.

ANGELOS esse incorporeos & pure spiritales inserviat Scriptura, quæ omnes, bonos & quæ ac malos, constantissimè spiritus vocat: non ita ventos, aërem, homines, aliquæ pure vel ex parte materialia. Licit enim quædam ex illis nomine spiritus aliquando significet: non tamen ita confitetur & frequenter, scilicet Deum, Angelos, & animam rationalem, neque eadem vocis proprietate. Speciarum vero notandum est 1. Cap. 2. v. 11. animam rationalem vocari spiritum eadem vocis proprietate, quæ Deus dicitur spiritus. Angelii autem non sunt minus propriè spiritus, quam anima rationalis. Notandum præterea, quod nisi Angelii essent tota sua natura pure & integrè spiritus, sed ex parte tantum; Scriptura non eos simpliciter vocaret spiritus in proprietate vocis. Nam homines, licet partim ex spiritu constantes, negantur esse spiritus in Scriptura, etiam post resurrectionem, quando constant ex corpore subtili & gloriose: ut videre est Luc. 24. v. 30.

2.
Probatur
efficaciter
ex Lateran.
venit.

Sua:

2.
Tum
Sua:

Vt
lib. 1. de Angelis cap. 6. num. 10. hæc omnia dici in professione fidei, cuius omnes assertiones sunt definitiones: cuiusque initium est, Firmiter credimus, & simpliciter confitemur. Et quicquid sub his verbis de Dei substantia & attributis ac Trinitate docet, dogma esse fidei creditur. Postea vero dicitur ipius operatione primum sic ait: Vnum uniuersorum principium, creator omnium spiritualium & corporalium: quod etiam pertinet ad definitionem fidei. Tum edem tenore prosequitur: qui sua omnipotenti virtute, simul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem & corporalem, angelicam videlicet & mundanam: & deinde humanam quasi communem, ex spirito & corpore constitutam. In quibus etiam verbis, quod Deus ex nihilo spiritalem sub-

stantiam considerit, & quod homo consistet ex corpore & spiritu, ad definitionem quoque fidei pertinent. Sicut & quod immediate additur, dæmones non à natura, sed à se malos esse. Mirum ergo est, & parum probabile, quod solùm pauca illa verba interposita de distinctione naturæ Angelicæ à corporeæ, & à composita ex corpore & spiritu, obiter tantum, & non sub eadem certitudine dicta credantur. Ita Suares, contra quem liber addere mirum pariter esse & quod parum probabile, particulatas, simil ab initio temporis &c. obiter tantum dictas fuisse, & non sub eadem certitudine, ut ipse affirmat cum multis aliis, quos præcedenti sectione refutauimus.

Nota secundò, Concilium verbis relatis, per naturam spiritalem & corporalem, angelicam scilicet & mundanam, & deinde humanam, intelligere naturas completas: quarum primam dicit esse purè spiritalem, secundam pure corporalem, tertiam mixtam, id est, ex spiritu & corpore constitutam. Certum autem est quod nomen spiritus, & spiritualis, sumat in sensu proprio. Tum quia Concilia propriè loqui debent, præsertim in professione fidei. Tum etiam quia sumus spiritum & spiritale, eodem sensu quo anima rationalis dicitur esse spiritus. Atque ex Lateran. sub Leone X. l. 8. de fide est animam rationalem esse propriè spiritalem, & spiritum propriè. Quare ex verbis Concilij superius relatâs habent naturam angelicam completem: sumpitam esse verè a propriè spiritalem: ad quæ angelos esse pure spiritus, nō autē partim ex spiritu, partim ex corpore aliquo, tenui licet & subtili, constitutos, ut alii si opinati sunt. Loquitur autem Concilium universaliter de natura angelica, prouerbiis dæmones comprehendit. Vnde subdit: inmediate post: Diabolus quidem natura creatus est bonus, sed ipse perfidus est malus. Homo vero diaboli suggestione peccauit.

Huic Lateranensis definitioni addi potest, quod in Concilio Generali Nicæno I. actione 2. in professione fidei Sophronij, Nicæni animæ rationales & angelii ponuntur in eodem ordine intellectualium, & quod idem est, spiritualium subscriptiarum. Atque animæ rationales sunt pure spirituales & incorporeæ, ut vidimus supra definitum fuisse in Lateran. sub Leone X. Ergo pariter Angelii sunt pure spirituales & incorporei. Item in professione fidei Synodi septima generalis.

K K

Tomus I.

662 Disput. XXXVI. de Angēlis, Sect. I.

seu Nicovæ II. actione 4. sancti Angeli vocantur *āgūtūs*, id est, incorporei, quod falsi esset, si ex corpore partim & spiritu constituerentur. *Veneramus*, inquit, *imagines sanctarum & incorporeorum Angelorum*, utpote qui tanquam homines figurā humana in his apparuerunt.

5. Tertiò, idem confirmant sancti Patres. Dionysius, qui ex qua scriptis de ecclesiâ Hierarchia profiteretur se accepisse à Patribus, id est, ab Hierotheo, & à D. Paullo, cuius discipulus scit, alijisque Apostolis, & cuius liber ille admirabilis ac plenè ecclesis esse dicitur in Romano Breuiario 9. Octobris, plurimumque cum aliis omnibus eius sc̄ps laudatur à sanctis Patribus, qui primis saeculis floruerunt, & à sexta & septima Synodo Generali, ut videre est apud Lansfiliū in prefatione ad eius opera, Baron. tom. 2. anno 109. Delirium in vindicis Areopagiticis, & Gaueter. tabulis Chronographicis saeculo 1. veritate r. Dionysius, inquam, cap 1. de coelesti Hierarchia coelestes omnes Hierarchias Angelorum vocat *āgūtūs*, id est, immateriales. Et cap. 2. *āgūtūs*, id est, omni figura carentes & omnino incorporeos. Et cap. 4. dicit omnem illorum vitem & intellectuum, & recipere illuminationes immaterialiter & impermixte. Et lib. de diuin. norm. cap. 4. init. ait esse incorporeos omnino, atque materia carentes. Et cap. 6. affirmat Deum tribuere super celestis vitis, id est, Angelis, immortalitatem immaterialē, & diuinam similem, & inalterabilem: hominibus vero commixtam. Neque aliter sensio de Dæmonibus, licet cap. illo 4. tribuat plenus furem, concupiscentiam, imaginationem proteruanam. Nam per hæc tantum significare vult priuam affectionem intellectus & voluntatis Dæmonum. Ut patet: quis bidec. assertit constare originem mali nosti esse in corpore: quandoquidem Dæmones non sunt sine malitia, quamvis sint sine corpore.

6. Basil. quoq; homil. 9. quod Dæm non sit auctor malorum, prope si nem ait, naturam Dæmonum esse incorpoream, secundum Ap̄stolum dicentem, Non est nobis collatio ad eum carnem & sanguinem &c. Et Gregor. Nyssen. in lib. de orat. dominica, oī. 4. dicit naturam Angelorum esse incorpoream, & mente sola comprehendendi. Ibi emque eam distinguit à nostra, quæ ex parte corporea est. Similia tradit Chrysostomus Cyrilus & alexandrinus Théodore. Damascen. aliquæ Patriæ, quorunq; verba referuntur Suar. lib. 1. de Agel. cap. 6. Valsq. disp. 178. & Molina ad art. 1. q. 50. Nec obstat quod S. Damascen. lib. 2. de fide cap. 1. ait Angelos esse materialis, si cum Dæmo comparentur, ut & omnis creatum. Tantum enim significare vult Angelorum naturam, quamvis purè spiritales, multum differre à perfectione

gradus spiritualis in quo est natura anima multoq; magis ad materialē accedit, ut illum exponit S. Thom. q. 50. art. 1. vbl. D. Thom. addit, medium comparatum a vñnum extermorum, uiget alterum extermum. Sicut tepidum comparatum calido, videtur frigidum. Et hac ratione Angeli, qui sunt inter Deum & res corporeas, ut medium inter duo extrema, cum Deo comparati dicuntur materialē & corporei: quamvis in eis nihil sit de natura corporeā.

Quartò ratione naturali constat Angelos, saltem ex parte, quā nimis intelligentiū probatur sunt, esse spiritales. Si enim certò id de ratione anima colligitur ex modo operandi, reflectendo se supra seipsum in infinitum, & abstrahendo obiecta à conditionibus sensibilibus, & ascendendo ad intelligentias ac Deum ipsum, deque rebus pure spiritualibus discurrendo, investigando ipsarum naturas, proprietates, causas effectus &c. quā tūm operationem materie supereminente & spiritalem arguant; tunc etiam principium, à quo elicetur hac operatio, spiritale esse extendunt; quia non potest operatio naturalis altioris esse ordinis, quam sit potentia à qua elicetur conaturaliter, & in qua recipitur. Quæ potentia vel est ipsa anima, vel si ab ipsa distinguitur, manat ab anima tā quam propria ipius patro, seu proprietas, eidemque inhæret. Non potest autem proprietas immaterialis conaturaliter ori, nisi à principio immateriali. Si in quantum, ex his & similibus argumentis naturalibus, quæ fūsē Suar. prosequitur lib. 1. de anima cap. 9. à num. 20. certò colligitur animam rationalem, ut est principium intelligenti, & operandi modo illo materie supereminente, spiritalem esse; neque minus quod substantiam eminentiā materię, quā quoad operationem tantò magis idem constat de Angelis, quanto illos in intelligentiā esse hominibus perfectiores patet experientia magis & energumenis, de quibus superiori disp. sect. 1. dictum fuit.

Constat secundò eidenter, Angelos esse posse spiritales, seu dari posse intelligentias omnino immateriales & planè incorporeas. Quia eidens est non repugnare dari creatum spiritum completem, aquæ ac re spiritu darur incompletus in anima rationali. Imò hoc secundum difficilius est, dari sci-
licet spiritum incompletum, qui compo-
nit vñum per se cum materia corpora
diuīsili & extensa, & tantopote sibi dis-
simili, tamq; longè distante à sua perfec-
tione; habeatque ordinem essentialē ad
illam, & ad compositum substancialē cor-
porēum, quod cum illa constituit. Evidens
item est Deum esse infinitis modis partici-
pabilem à creaturis. Ac sicut inter eas dan-
tur aliquæ perte corporeæ, ut cœli & astra,
elementa, metalla, plantæ, & fruta: aliæ
mixtæ, id est, partim corporeæ & partim
spirituales, ut homines: ita non repugnare da-
ri pure spirituales & planè incorporeas.

Probatur
ex S. Pa-
trebus.

Baron.
Decr.
Gauter.
Dionys.

Basil.

Nyssen.

Suar.
Valsq.
Molin.
Damasc.

qui quis magis & melius participetur Dei perfectio, qui pars spiritus est; quaque magis accedant ad Dei similitudinem in praestantissimis eius actibus intellectus & voluntatis.

Ex eo tamen quod possibles sunt non sequitur esse de facto. Quia Deus liber est, & non creat quicquid potest, sed quicquid vult. Nec villa est alia ratio naturalis quae id certe aut euidenter ostendat. Nam quod Suar. disp. 35. Metaph. 10. 1. post. D. Thom. q. 50. art. 1. & lib. 2. contra Gentes c. 46. ex mundi perfectione constantis omnibus entium gradibus id conatur colligere, infirmum est & ad summum probabile. Nec magis vrgit argumentum ex conditionum motu petitum. Quasi non possint Angeli aeternum sine defatigatione mouere, si corporei sint. Nam si dati potest mobile aeternum & infatigabile, quamvis corporeum nempe ccelum ipsum: quidni & mouens? Minus est quod ait Vafq. disp. 178. cap. 4. de velocitate motus Angelici. Cum nullo constet indicio naturali velocius moueri quam bellas finitamente, mere tamen corporeas eas maximè que sit sunt in maxima linea motus, id est, in equatore.

Infirmum etiam est quod dicuntur alii, non posse aliquam multos simul demones esse in eodem energumeno, ut legionem integrum Luc. 8. v. 38. id est, sex millia Daemonum: nam iuxta Vegetum, legio sex millia continet. Enimvero licet corpora nobis, nota, non possint alia penetrare corpora, vel penetrari ab aliis simili quantitate impenerabili affectis: non est tamen euidentis, neque certum, omnia corpora creata esse eiusmodi. Et euidentis est posse alia creari naturaliter penetrabilia. Euidentis quoque est non omnia corpora esse impenerabilia. Orines enim formæ corporæ, substanciales aquæ, ac accidentales, penetrabiles sunt, & plures simul in eodem subiecto esse possunt, quam legio demonum integra. Quam enim multæ simul species in eodem hominis cœferto? Quia tamen constat, ut initio diximus, Angelos quam intelligentes esse spiritus, & non repugnat esse puræ tales, & aliunde nullum apparet vestigium corporis, cui alligati sint tanquam illius formæ, aut cum quo aliter conponant, nulla item necessitas corporis proprii, vel materiae, ad effectus, quosabilis experimur; imò quæcumque à Magis & energumenis sunt, multò melius assignantur spiritibus planè incorporeis, quam compositis ex corpore, tenui licet & penetrabili, maximè notitia secretorum cordis, quæ ostendit ipsos non pendere à sensibus, ac proinde neque à corpore: ideo ratione ipsa probabilius ac verisimilius est, substancias illas esse mere incorporeas & omnino spirituales.

Quod si interroges, quid nomine spiritus, aut spiritualis propriæ sumpti, ut hinc suministrandum sit? Responderi solet spi-

ritum aut spiritale propriæ dictum, esse ens & spiritualis indiuisibile, inextensum, & incapax extensionis localis seu molis, sive ut totum,

sive ut partem, aut terminum, aut vinculum totius constantis partibus aptis coextendi localiter. Cuius definitionis parti-

cula ultimâ rejeciuntur puncta sive indiuisibilitas corporea, si quæ sunt, continuatio-

vel terminantia partes continui. Ve-

rūs quia non constat, an sic ut dantur,

aut saltē dari possunt punctis sive indiuisibili-

tas corporea incompleta, & ordinata ad

compositionem alterius: ita dari possint

absoluta & completa, qua alioqui quoad

crassitudinem entitatis non differant à punctis

illis incompletis, ac proinde corporea

sint, & corpora simplicia catenæ vere

completa: iuxtaq. D. Thomam & ali-

quos Philosophos, animæ brutorum per-

fectorum sunt indiuisibiles, & tamen ma-

teriales ac corporeæ: quamvis neque sint

pars, neque vinculum, aut terminus ex-

tentioñis localis, magis quam anima ra-

tionalis; idcirco forte melius incorporeum,

se spiritale propriæ dictum definiretur, per

negationem illius crassa entitatis quam ha-

bet omnia corporea. Ita ut entitas spi-

ritalis sit purior, subtilior, tenuior, quam

quacunque materialis traxata vel creabilis

indiuisibilis aut indiuisibilia.

Omnino autem aberrant à concepcione spiritus & spiritualis propriæ dicti, qui putant idem esse, ac posse penetrare corpora; & penetrationem pati: aut non pendere à materia: aut esse incommittabile & ybi que totum. Nam iuxta primam definitionem, formæ materiales substanciales, & accidentaria, spiritales essent: Quippe quæ cum materiam ipsam, tum corpora & seipsas inicuè penetrant. Iuxta secundam, materia ipsa est spiritualis, quia non pender à materia. Adde non repugnare dari corpus simplex physicæ, ac profunde non pendens à materia, neque à forma. Quæ re ipsa solum esse existimant. Auerores & quidam alii. Iuxta tertiam verò Deus solus est, re ipsa spiritualis: quod contra fidem & rationem est. Porro sicut multæ peccant in conceptu preciso spiritus & spiritualis, ita non minus peccant in conceptu corporis, aut corporei, cui oppositi. Quintam ut refert D. Augustin. edit. 28. quodā existimant omnē substancialia vel essentiam veram, aliquod modo in seipso existentem, esse corpus: qua ratione anima ipsa rationalis corpus est, ut Augustinus ibidem ait: atque etiam Deus ipse. Quo sensu idem benignè excusat Tertullianum lib. de heres. cap. 86. cum ait Deum corporeum ab eo dictum esse, non quod illi extensionem & molem tribueret: sed ut significaret Deum non esse inane quidpiam, vel alterius qualitatem aut partem, sed ens verum in seipso existens, & ybique totum.

Augus.

Tertullian.